1511. ẽ 23. Maij

# Sigism: I. Rex Polon: Casimiro Duci Thessinens.

85

Illmẽ Dnẽ Frater et affinis Nr dilecte!
Prohibitionem, ne quis subditorum Nostrorum Vratisslaviam negotiatum vadat, et ne Vratislavite in Regnum Nrum veniant, bonâ deliberatione, Optimatibus Nris id summè exigentibus fecimus, et eam per totum regnum ita servari mandavimus. Non decet, ut ita facilè eam retractemus. Initium Nos non fecimus, sed injuriâ et indignitate Nrâ coacti fecimus. Quodsi quispiam in gratiam Vratislavienss Mercatoribus Nris per suam ditionem in Moraviam et Bohemiam negare transitum voluerit, illi Nos vicissim commertia cum Nris prohibebimus. Æquum est siquidem, ut cum vicinis, ac benevolis officiosè agamus. Sed quibus mens esset nostra contemptui habere, ejsdem Nos non possemus favorem exhibere. Expedit, ut Nobis Vrâ Illustritas ad priores Lrâs Nrâs respondeat. Datum in Brzescie 23. Maij Aº 1511.